Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Mansisset enim cum illis si essent ex illis. Quid est quod dixit me non ex nobis unus
ex illis est qui tradet me. Qua ille qui aut si fuissent ex nobis mansissent utique no
biscum. Ita dixerat ex nobis exire. Ac per hoc utrumque uerum est. Et ex nobis et non ex nobis.
secundum aliud ex nobis. secundum aliud non ex nobis. secundum communionem sacramentorum
ex nobis. secundum suorum propriam et ex nobis. Aspiciebant ergo ad inuicem
discipuli. hesitantes de quo diceret. Sic quippe uiris erat erga magistrum suum
pia caritas. ut tamen eos humana altera de alto stimularet infirmitas.
Hora quidem sexta erat cum quoque esset ciuitas. Uerum tamen qua primi erat ignota. ita
sibi unusquisque erat certus ut incertus esset. Et certus singulis. Et singulis certus.
Erat enim recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihu. quem diligebat ihc. Quod
dixerit in sinu paulo post aut ubi dicit. supper ihu. Ipse est iohs cui est
hoc euangelium sicut per ea manifestat. Erat enim hec eius consuetudo quasi sacras
nobis litteras ministrans. ut quando ab aliquo eius diuina narrabat hysto
ria cum ad se ipsum uenirent tamquam de alio loquerentur. Et sic se insereret or
dini narrationis suae. tamquam rerum gestarum scriptor non tamquam sui ipsius
predicator. Nam et hoc sancs matheus fecit. Qui cum intexeret narrationis suae
uenisset ad se ipsum. uidit inquit in theloneo sedentem quendam publicanum
nomine matheum. Et ait illi. sequere me. non dixit me uidit et dixit mihi. hoc
fecit et beatus moyses. Ita de se ipso tamquam de alio cuncta narrauit. ut
ait. et dixit dns ad moysen. Inuisitati apls paulus in hystoria ubi re
rum gestarum suscipit explananda narratio. Et. in epla hoc fecit. Nam utique
de se ipso ait. scio hominem in xpo ante annos quattuordecim siue in
corpore siue extra corpus nescio dis scit. raptum huiusmodi intectum celum.
Quo circa quod etiam hic beatus euangelista non ait. erat recumbens in sinu ihu.
Et. ait erat recumbens unus ex discipulis. nostrique auctoris consuetudinem ag
noscamus potius quam murem. Quod enim deperit ueritatis. quando res ipsa
dicit. Iri quod dicendi iactantia deuitat. hoc quippe narrabat. quod
ad eius laudem maximam pertinebat. Quid est autem quem diligebat ihc. quasi alio
s non diligeret. Et. quibus idem ipse iohs superius ait. in finem dilexit eos. et ip
se dns. maiorem hac caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat
quis pamicis suis. Et quasi enumeret omnia diuinarum testimonia pa
ginarum. quibus dns ihc non illum nec eique tantum. Et etiam futu
rorum membrorum suorum totius ecclesiae suae dilector ostendit. Et. profecto hic
aliquid latet. et pertinet ad sinum unde recumbebat quisita dicebat. Et si
num quippe significat quidaliud quam secretum. Et. alius est oportunior locus
ubi nobis dns aliquid donet de hoc secreto quantum sufficit dicere. Innu
it ergo symon petrus. Et dixit ei. Notanda locutio est. dici aliquid non sonan
do sed tantum innuendo. Innuit inquit et dixit. utique innuendo dixit.
Si enim cogitando aliquid dicit sicut scriptura loquitur. dicere apud semet